

HEOB. DE HOGHELANDE
MITTELBURGENSIS DE ALCHIMIÆ
DIFECVLTA TIBVS LIBER.

In quo docetur, quid scire quidq; vitare debeat Vera Chemiæ studiosus ad perfectionem aspirans.

Proœmium.

Naturalis philosophiæ partem nobilissimam esse, qua metallorum tractantur principia, causa, proprietates, passiones, & transmutationes, ne nisi iniuria in dubium reuocabit. Addidi transmutationes, vt non videar de illa parte Physices peruulgata loqui tam, quæ de metallorum materia & forma, generationis loci, ductibilitate, colore, sapore, odore & similibus determinat: sed de ea potissimum, quæ metallum vnum in aliud convertere docet. Hoc autem possibile esse demonstratione non indiget, cum experientia fidem faciat, oculati testes vbiq; terre terrarum confirmant, & grauisissimi auctores asseuerent. Ferrum enim aquis sponte à terra scaturientibus, & facili etiam artificio in æs transit, & hydrargyrum cum sulphure coctum in argentum mutatur, quanquam absque lucro, nisi maior artificis solertia accedat. Super sunt in Gallia, An-
tia, Germania, Bohemia, & Belgio, qui suis manibus pul-
vere quodam minimæ quantitatis, quem tamē ab alijs præ-
paratum accepissent, in argentum viuū igne excalesfactum
coniecto, argentū inde vel aurum omni examini subiicien-
tum retulere. Narrat Cardanus coram Principe & ampliss.
renatu vrbis Venetæ argentū viuū in aurū conuersum fuisse
à pharmacopola Taruisino. Corn. Agrippa dicit spiritu
viri, aut potius eiusdē forma aut parte puriore imperfecta
metalla & arg. viuū in aurū verti posse, seque id vidisse &
omisse. Testatur Ioannes Andreas I. C. suo tempore fuisse in

Alchemia
naturalis
philoso-
phiæ pars.

Transmu-
tationem
metallorū
possibilē
esse doce-
tur.

Expientia
Georg. A-
gric. libr. 9
de nat. fos-
silium.

Testibus.
Auctori-
tate.

Libr. 6. de
subtilita-
te. Lib. 1.
de occulta
philosop.
cap. 14.

In addit.
ad Specul.
Rubrica
de crimi-
ne falsi.

H 5 curia